



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

10. Dies Decemb. Christi est; de viâ iniquitatis ad viam veritatis reducere,
& deducere per eam. S. Bernard. in sermon. de expos.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

decemb.

Tessera.

987

ut mea pulchritudo non sit formæ venustas, sed virtæ
probitas. Quia

*Dat probitas speciem : sed non species probitatem :
Quibrobitate caret ; nil sua forma valet.*

10. DIES DECEMB.

Christi est ; de viâ iniquitatis ad viam veritatis redu-
cere, & deducere per eam. *S. Bernard. in sermon.
de expos.*

Christus, I.
est frater
noster,

PRiuſ necesse eſt, Christum ſequi,
quām poſſimus aſſequi. Nec eſt,
quod noſ terreat viæ, quā illū
fequeris diſſicultas ; quia teſte Sa-
piente : (a) *Justum deduxit Dominus per vias rectas.*
De quibus ita Mellifluus Doctoṛ : *Via Domini, viæ
rectæ, viæ pulchrae, viæ plena, viæ plana. Rectæ, ſine erro-
re, quia ducunt ad vitam : Pulchrae, ſine corde, quia do-
cent munditiam : Plena multitudine, quia totus mun-
dus eſt intra Christi ſagenam : Planæ, ſine diſſicultate,
quia donant ſuavitatem : Jugum enim ejus ſuave eſt.*
Ambulans igitur per has vias, pervaenies ad Christi
cunas. Sequere Christum per ſemitas, per quas gra-
ditur : ut attingas ad prælepe, in quo naſcitur. Sed
priùs quis, & quantus ſit, quem ſequeris : ut mente
aſſequaris, ejus intima penetremus adyta. Non eſt
homo in mundo, cui cor non ſinderetur præ gaudio,
ſi perciperet immensos theſauros, qui abſconditi
ſunt in Christo, & quos conſequi poſſet per Chri-
ſtum. Fratres Josephi peribant ferè inediā, & ſame,
quia nesciebant fratrem ſuum regnare in Ægypto.
*Quid hīc mortales affligimur in mundo : frater no-
ſter regnat ſuper mundum in cœlo.*

(a) *Sap. 10. Suprà.*

II, Gau-

II. Gaudete mœsti : exultate miseri : erigitur affliti : sperate improbi : frater vester Jesus, ascendit super omnes cœlos, sedet ad dexteram Patris, est Rex cœlorum immortalis : si mihi non creditis, credite ipsi sic loquenti : (a) *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Quid ille vobis non potest dare, cui data est omnis potestas ? An aliud ad fidem faciendam requiri testimonium ? ipse quiescatur, sit Dei oraculum. Christum esse Dei Filium, est conspirans vox omnium. Audi Hilarium ; (b) *Filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum, docentes, dum de eo testatur Pater : dum se seipso proficiuntur : dum Apostoli prædicant : dum Religiosi credunt : dum demones clamant : dum Iudei negantes, fatentur : dum ignorantibus intelligent gentes : ne jam ambigendum permittetur, quod ignorandum non relinquebatur.* Itaque, quare tristis es anima mea ? potius gaudie gaudio magno : quia Frater tuus, tam certò est Deus, quam non incertum est, aliquem esse Deum : ipse dispensat divitias divinas pro suo arbitrio : largitur cœlestem gloriam pro suo imperio : gloriâ, & honore coronat quemlibet pro suo merito : non Angelum, non extraneum : sed fratrem tuum constituit Dominum domus suæ. Ad cœlum admittet te, quia ad terram submisit se. Per suam sanctissimam Humanitatem via est, & ostium, per quæ sanctissima Trinitas ad nos venit : per quæ etiam ad eam transire, & in aeternum mansionem apud eum facere debemus. Per eam portam ingredietur, & egredietur anima mea, & pascua inveniet amoris : ô ingredi animæ meæ ! ô egredi ! ô ire ! ô sibi perire ! ô per Christum transire,

&

(a) *Math. 28.* (b) *I. I. de Trin.*

decemb.

Tessera.

989

& ad Deum pervenire! hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

III. Non h̄ic se stitit amot fratriis nostri; ut esset via, & ostium ad Patris Regnum: quia jam eramus in paradiſo exuti ueste nuptiali, atque adeò nudi gratiā: ideoque indigni gloriā, prospexit nobis de regia purpura: quā ex omnibus venis, effuso sanguine tinxit, atque ita nuditatē nostram texit: hoc est, in se suscepit nostra scelera, & nobis dedit sua merita. Ut jam nacti fuerimus per ea strictum jus in hac vita ad Gratiam: post hanc, ad gloriam. Et quidem illa merita sic nobis à Christo data, pluris sunt ad quid impetrandum à Patre; quām si nos ea ipsa opera, quæ Christus, & nos fecissemus: ut si nos fuissēmus, sicut Christus, illusi, flagellati, spinis coronati, cruci affixi pro Dei Gloria: infinites minoris fuissent meriti illa opera, quām Christi: quia fuissent hominis peccatoris: Christi autem, sunt opera Dei. Videatur, quantum debes Christo: qui in se tua, ut satisfaceret pro eis, suscepit crimina: & ne pro iis patereris, sua tibi largitus est merita: qui tanta mala tibi abstulit, & tot bona contulit. Propter tot, quibus te liberavit, mala: & tot, quibus te cumulavit, bona, duæ in te exurgunt obligationes infinitæ: quibus, ut facias satis: unum hoc, qui innumera potuisset, à te poscit: ut sicut ipse satisfecit pro peccatis tuis perinde ac si non tu, sed ipse peccata tua patrasset: sic tu non aliter offeras Patri merita ejus Filii, quām si tua illa forent: ac per illa tibi augeas tua merita, adeoque cumulum Gratiae, ac Gloriarum. Tu autem quæ h̄ic pateris, conjunge cum iis, quæ passus est Christus: & sine Deum h̄ic te ferire,

8c

990 *Christiani Militis* decemb.
& in te s̄avire: hoc enim est, per Christum ad Deum
ire. Quia

Cum furit, atque ferit Deus: olim parcere quārit.

II. DIES DECEMB.

Descendit huc ipsa vita nostra, & tulit mortem no-
stram. *Augustinus l.4. confess. c.12.*

Christi in I.
tios bene-
ficia.

QUOMODÒ pervenies ad eum
qui est Vita: nisi per eum, qu
est via? Per fidem Christi,
imitando Christum, venimus
ad Regnum Christi. Bellè Hilatius: (a) No-
nos in erratica, atque in invia dedit illi: qu
via est: neque illudit per falsa, qui Veritas: ne
que in mortis relinquit errore, qui vita est. Ecce hic
quomodò per Christi misericordiam pervenimus ad
eius gloriā? Eramus ob nostra scelera execrabilis
monstra, & spectra: per Christum sumus gra-
tissimum cælo, & Deo spectaculum. Eramus in li-
mine Averni: jam sumus in vertice Olympi: Eramus
in faucibus tartarei draconis: jam sumus in Conde
æterni Patris: indigni eramis divinis oculis, jam di-
gni sumus divinis amplexibus: eramus servi peccati
damnandi in ergastulo orci: jam sumus filii Dei, co-
ronandi in Regno cæli. Altius nos exaltavit Christus
conjuncta cum Divinitate Humanitas, quā nos
humiliaverat peccati nostri iniquitas. Acquieviles
nostra miseria, si extraxisti nos à tartaro, & reliqui-
set nos miseros in hoc exilio: sed non quievit miseri-
cordia Christi, nisi nos extulisset super cælos, & in
cælis super Angelos. Nimirū fecisset, si nos filios

(a) *L.I.de Trin.*